

5. Hujus itaque regni principium, quia 560. & quod excurrit, annis demum post Confusionem Babyloniam factum est, nulli nos & illam Linguam Latinorum, & alias, post varias populorum mixtiones, ex græca promanasse dubitamus.

6. Testatur hoc ipsum ex Veteribus biga viorum *ἀξιόποστοις*, scilicet Plinius & Dionysius Halicarnassus.

7. Ille; lib. 7.c. 58. N. H. de literis Latinis scribit: isthac: Veteres græcas litteras fuisse easdem penè, quæ nunc Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono principum Minervæ dicata in Bibliotheca, cum inscriptione tali: Ναυσιράτης Ἰρανέας αἴγυατος κόρα νέη αἴθεα αὐτοῖς.

» 8. Hic; in libro primo *Pauginais αρχαλογίας* c. II.  
» græcis in Latinum translatis heic: Romani Lingua neque extremè barbaram, neque exactè  
» græcam loquuntur, sed mixtam quandam ex ita-  
» traque: eaque maximam partem Æolica est. Hoc  
» tantum vicii habenter ex multis in stione, quod  
» non omnibus sonis rectè prouincient.

9. Ex recentioribus idem sentiunt Julius C. Scaliger, lib. 1. c. 29 LL. & ejusdem filius Josephus Scaliger in Festum, qui Origines sermonis Latini, si non omnes, attamen plurimas è Græcis petendas esse, decernunt.

10. Sed quid auctoritatibus heic depugnamus, ipsam L. Latinam intueamur, & manifestò eam è Græca promanasse deprehenderemus.

11. Deprehendimus autem hanc non tantum à Græca, & mediante eadē, sed per se quoq; in plurimis dictionibus ab Hebræa profectum esse.

12. In-